BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO

Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 17v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

puluis quem proicit uentus a facie terre. Nam de eis quid di
cemus, quorum manus contra omnes et manus omnium contra
ipsos. Hii sunt qui segregant semetipsos animales, spiritum
non habentes. quo nemo in spiritu dei loquens dicit ana
thema Ihesu. Nequissima plane et perniciosissima pes
tis, quo uniuersos unius obstinacio turbat. et fit omnibus
discordie fomes materia scandalorum. Denique prophetam au
di, qui de uinea domini loquens. singularis inquid ferus
depastus est eam. Pro huiusmodi rogo et obsecro
vos, fratres mei. fugite fugite simulacionem omnem, et an
gulos proprie uoluntatis. Fugite inquietudinem et spiritum leui
tatis. fugite obstinacionem et pessimum uicium singularita
tis. nisi forte quod absit, fraudare uelitis animas uestras pa
nis edulio benedicti. Iam iam uero ne longius protraham
uos, septem panes quibus reficimini isti sunt. Primus
panis uerbum dei in quo uita hominis est, sicut ipse testatur.
Secundus panis est obediencia quo meus cibus est inquit
ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Tercius panis
est meditacio sancta quia scriptum est, cogitacio sancta conseruabit
te, et que alio loco nominari uidetur panis uite et in
tellectus. Quartus orancium lacrime. Quintus uero
labor penitencie. Nec mireberis, quod laborem aut lacrimas
panem dixerim. nisi forte excidit a memoria quod in propheta
legisti. cibabis nos pane lacrimarum. Et item in alio psal
mo Labores manuum tuarum quia manducabis et cetera. Sextus panis io
cunda unanimitas, socialis panis in quo ex diuersis gra
nis confectus, fermentatusque gratia sapiencie dei. Porro septimus
panis est eucharistia. quo panis inquit quem ego dabo, caro